



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

III. De Confirmatione & Evcharistia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

2. Ipse differentiam edidit: Mar. I, *Ego baptizavi vos in aqua sola, absque verbi concepta forma: Ille vos baptizabit in Spiritu S.*

3. Illius baptismus proprius dictus est *Baptismus Ioannis*. Mar. II. Luc. 20. Act. I. 18. 19. quod nihil ei Numinis inest. Hinc, Mat. 3. *Videns Ioannes multos, venientes ad Baptismum SVVM. Et Ego, Mat. 22. Baptismus Ioannis de caelo erat, an ex homini bus?*

## XX. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHERO-CALVINISTÆ parem Ioannis & Christi baptismis vim assertunt valuisse ad remissionem peccatorum ut ea non imputarentur.

**CHRISTVS.** 1. *Quanto præstansior est Spiritus aqua, (ait recte S. Basil. lib. I. de bapt.) tantum excedit qui baptizat in Sp. S. illum, qui baptizat in aqua: Et ipsum adeo baptisma: quantumque sacramentum est prænon sacramento.*

2. Officium Ioannis erat, non instituere sacramentum: sed quod Angelus descripsit, Lu. I. *Præbit ante Illum in spiritu & virtute Helie. &c. parare Domino plebem perfectam*. Ioan. I. *Ego vox clamantis: parate viam Domini. Venit ergo ad dannam scientiam salutis, non salutem ipsam vi Sacramenti.*

## III. DE CONFIRMATIONE ET EUCHARISTIA.

## QVÆSTIO XVI.

*An Confirmationis verum Sacramentum?*

## XXI. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHERO-CALVINISTÆ negant. Vide Luther-Calvin. p. 3. q. 26.

**CHRISTVS.** Quæ tria ad sacramenti essentiam requiri possunt evidentur, ea adsunt Confirmationi Promissio, Signum cum verbo & Mandatum.

I. PROMISSIO M feci per amplam ac illustrem, Ioa. II. 14. de Sp. Sancto Consolaturo meos; Ioan. 15. & confortaturo ad testificandum; & Ioan. 16. datuero Apostolis ac fidelibus robur ad arguendum mundum de peccato, de iustitia, & iudicio. Ideo iussi, Luc. vlt. Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto. Act. I. Accipietis Virtutem supervenientem Sp. Sancti in vos, & eritis mihi testes. Atqui haec insuper promissio facta est iam diu multumque catechizatis. Et baptizatis, sive in gratia positis; & tamen ampliore confirmandis.

II. SIGNUM sensibile cum Verbo, quibus ea promissio applicetur, est Manus impositio cum oratione. Et Apostoli quidem acceperunt eam gratiam absque medio, at non absque miraculo, in die Pentecostes: Cæteri vero cum medio dicto per Ministerium Apostolorum. Act. 8. Tunc imponebant manus super eos, & accipiebant Sp. Sanctum. Idem Act. 19. Atque ad hoc medium i. fallibilis subsequebatur effectus, diu visibiliter supervenientis Sp. Sancti, demum invisibiliter. Patet concionante Petro, Act. 2. idemque ex Iohanne testante, Item Act. 11. Cornelium eiusque comites catechizante, & ad manuum impositionem veniente Sp. Sancto sic, quod, Nihil diffreuit inter nos & illos, inquit.

III. MANDATUM colligitur ex ordinata.

I 3.



naria & secura manuum impositione, de me, Heb. 6. Tu es Sacerdos in Aeternū, secundaū ordinem Melchisedech; sed hic tamen non in æternum; nec iugiter, sed semel.

Neque ea Impositio manuum fuit baptizatorum oblatio facta Deo; sed infallibilis Collatio gratiæ. Neque erat gratia gratis data: quia hæc non dicitur simpliciter Sp. Sanctus; nec habitat semper in iustis, sed etiam improbis datur, Mat. 7. Neque hanc Ego promisi Ioan. 14. 15. 16. sed communem omnibus aliam. 1. Cor. 12. Nunquid omnes prophetant; nunquid omnes loquuntur linguis? Vide in Lutherio cal. p. 3 q. 36.

2. Deinde. 1. Reg. 21. Mundis corpore dabantur panes propositionis: At, 1. Cor. 11. probet seipsum homo; qui enim manducat indignè iudicium sibi manducat.

3. Demum Heliæ panis satiabat ventrem: at Meus mentem. Idecirco Ecce ego plus, quam Elias, nempe Heli. Quanto igitur Ego sum veritas & vita p̄æ Vmbris istis, & in anib⁹ elementis? Quò Diuinus quid in esse teueria debet meo Sacramento; quam in figuris huiuscē inerat?

11. Præstantiores quoque fuissent Vmbræ & signa Hebræorum, quā Symbola Christianorum: Vt Agnus animalis, Manna coeleste, Sanguis aspersoris digniora sunt pane inanimato, furnali, & vino. Præstantiores in quaam in Materiæ symbolica: in V significatiua: inque Effectu corporali.

At verò nunc in Sacramento meo, Ioan. 6. Caro non prodest quicquam animalis; Ecce, eḡ sum, qui loquor vobis: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata; qui immolatus est paschalisch.

2. Deinde, Ioan. 6. Patr̄es vestri manducavunt Manna, & mortui sunt: At verò Qui manducat hunc Panem, viuet in æternum.

3. Demum, dicebat Moyses in aspersione, Exo. 24. Hic est Sanguis testamenti: quem misit ad vos Deus? At Ego dixi: Mat. 26. Hic est Sanguis meus Noui testamenti. Luc. 22. Hic Calix Nouum Testamentum est in meo Sanguine.

Ecce vna Re Diuina Nouum Sacramen-

## DE EUCHARISTIA.

### QVÆSTIO XVII.

*An Realis veritas Eucharistica doceatur ex Figuris, P̄ omissione?*

#### XXII. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**UTHERO CALVINISTAE statuunt Lita: Nobis, & Hebreis symbola sunt in Sacramentis diueis; et si nostre melior: at REM omnino eandem, figuratè & significatiuè tantum. Vide Lutherio cal. p. 3 q. 43.

**C**HRISTVS. Vt rōumq; st. Aequalitas in Symbolica Re siue materia. Ut in pane & vino Melchisedechano; in Propositionis panibus: in Eliæ pane. Par est & vis significandi.

At non par Efficiendi. Nam Hebreis in figura omnia contingebant: Nunc vero, Ioan. 1. Lux in tenebris lucet; & tenebrae vmbiarum eam non comprehendenderunt. Ego sum Lux mundi: Ego sum panis viuus & verus, qui de cælo descendit. Ioan. 6, 1. Bene

mentum superat Vetera elementa in-  
ania. Et vero sanguis ille asperionis ty-  
pum præferebat potius Institutiois Eu-  
charisticæ, quam Passionis Dominicæ.  
*Bell. i.c. 3.*

**XXIII. ANTICHRISTIANISMVS.**  
LYTHERANI & CALVINITANI in meo *Luther-*  
*cal. p. 3. q. 44.* pernegant, *Ioan. 6.* factam Eucha-  
risticæ Promissionem aut Commendationem;  
nisi spiritualis manducationis cum fide appre-  
hensua Christi.

**CHRISTVS.** Ego verò secundum  
id promisi bisariam.

I. Implicitè, *Mat. 28. Ecce Ego vobis-*  
*cum sum usque ad consummationem*, scil. in  
*Iugis scripto*, *Dan. 8.* Sic id exponit Cle-  
mens V. cum Conc. Vienn. in Clemenc-  
tina de reliquijs: & Innocent. I. 4. c. 44.  
Patres tamen id exponunt de præsentia  
Divinitatis, aut Prudentia Christi: V-  
ti illud *Mat. 24. Me autem non semper ha-*  
*bebitis corporali*, visibilique præsentia,  
sicut pauperes semper habebitis: at vero in  
Sacramentali, *Ecce, Ego ipse adsum, quilo-*  
*quor vobis. Ego, Ioan. 10. sum Pastor bonus,*  
pascens Verbo & Prædicato; & Incarna-  
to, & Mysticō.

II. Expressè promisi, *Ioan. 6* Demon-  
stratque illud Circumstantiæ omnes.

1. Quia Ego quā Fidei obiectum e-  
ram Præsens ac datus: at loquebar de fu-  
turo: *quem Dabo.* Dein Manducatio per  
fidem res est omnium temporum, præ-  
teriti Patribus; præsentis, tunc cū Chri-  
sto degentib: at Eucharistia hic promis-  
ta, anno post Instituta, res erat futura,  
Et quidem Danda ad Manducandum  
hic ait non ad Patiendum: nam hic de  
passione nec verbulum.

2. Distinctè loquebar: Deme Dato-

in obiectum fidei sic: *Pater meus dat vobis*  
*Panem Viuum de cælo.* De Dando Sacra-  
mentaliter, dixi: *Panis, quem Ego dabo, pri-*  
*us Incarnatum; at postea Transubstan-*  
*tiandum.*

3. Dicere quid clarius debui ista pro-  
missione: *Panis, quem ego Dabo, Caro mea*  
*est: quā dabo pro mundi vita.* Itēq; ista pro-  
missi exhibitione: *Accipite, & manducate;*  
*Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur*  
*in remissionem pec.* Idem, quod promisi, &  
præstisti.

4. Promissum sic intellexerunt Sa-  
maritæ dicentes: *Quomodo potest hic nobis*  
*Carnem suam dare ad manducandum?* Et  
Discipuli dicentes: *Durus est hic sermo; &*  
*quis potest eum audire?* Quos vtrosq; cor-  
rexii dicens: *Nisi manducaueritis Carnem.*  
&c. Neque in re tanta ludere volui me-  
taphoris aut parabolis; qui hasce alias  
sueui discipulis explicare. *Mat. 13. Ioan. 3.*  
10. 16. At claritate scandalizatis hic di-  
xi: *Vultis & vos abire? quasi dicat, fide hic*  
opus; qui non credit, abeat.

5. Ego toto hoc sermone sæpe distin-  
xi *Cibum & Potum, manducare & bibere,*  
*Carnem & sanguinem:* quo aperte specie  
vitramque futuri Sacramenti expressis.  
At spiritualis perceptio Christi per fidem  
non ager distinctione; cùm modo fiat  
vno semper simulque manducatio & bi-  
bitio. Sin tollas Species, iam perit Mo-  
dus communicandi iste; *Caro mea verè*  
*est cibus; & Sanguis meus verè est potus.*

6. Ideo dixi: *Non, sicut manducauerant*  
patres vestrimanna: sc. fide sola in Venitu-  
rum: sed realiter, substantialiter, vereq;  
sub speciebus.

7. Idecirco subiunxi sermoni mira-  
culum de multiplicatis panibus, in  
typum



typum Sacramenti futuri. 8. Istud *gratias egi, & dedi illis, dicens Consecrando: Mat. & Mar. 14. Hic est Sanguis meus noui Testamenti: Vel Luc. 22. Hic est Calix nouum Test. in Sanguine meo: Matth. Mar. Luc. Qui pro vobis effundetur: At meus vere Personalis est effusus: ergo & in Sacramento prius datus. Atq; tali in reactualta proprie loqui debui, & feci.*

9. Planè sicut de futuro Baptismo dixi Nicodemo, Ioa. 3. *Oportet vos nasci de nō. Et Nisi quis renatus fuerit, &c. Sic & de Eucharistia futura Ioa. 6. Nisi manduc, &c. Et Quimanducat meam. &c. Quare cedant Vmbræ Veritati; & Fides māducet realiter præsentem Me, non imaginariè apprehensum tantum.*

### QVÆSTIO XVIII.

*An Veritas Eucharistica doceatur ex INSTITUTIONE?*

### XXIV. ANTICHRISTIANISMVS.

**SACRAMENTARII CALVINISTÆ** figura-  
tè Christi verba capienda esse pertendunt,  
& abnegant Veritatem: Secus credentes arguunt Idolatriæ.

**CHRISTVS:** At Ego Veritas dixi,  
& dictum factum erat:

1. *Hoc sub speciebus contentum, est verè realiter, substantialiter, Corpus meum: Nimirum illud, Lu. 22. q̄ pro vobis datur: i. Cor. 11. Tradetur: Frāgitur. At panis non est traditus, datus, factus pro vobis: Ergo Neque Hoc est hic panis: Neque Est significat corpus, vt i mera figura: Neque Corpus est Sacramentum corporis; sed est ipsum Corpus meum mēx Personæ Christi Dei & Hominis.*

2. *Similiter, Mat. 26. accipiens Calicem*

*3. Ita quoque verba mea Apostoli, omnisque retrò Patrum & Ecclesiæ posteritas accepit: & verè. Ego quoque omnem hæresin aduersariam destruxi; & anathematizauit Ecclesia.*

4. *Esto; sim in Baptismi promulgatione locutus figurare, Ioa. 3. Nisi quis renatus: continuo tamen explicauit tropum per hoc, ex aqua & Spiritu Sancto. Et in Institutione sum propriè loetus. Mar. vlt. Euntes baptizate in. &c. At in Cœna voces sunt propterea omnes; explicauit nihil; quod opus esset nihil. Vide in Lutherio cal. p. 3. q. 46.*

5. *Adhæcid tempus, is locus, ea A&tio, ex personæ erant; quæ omnem lumen tropicum minime patiebantur. Mei quoque Euangelistæ, ipseque Paulus, verbis vtuntur ijsdem proprijs: cum alioquin unus explicare soleat, siquid alter scripsit figuratè.*

6. *Denique Ego & panem & Calicem gratias agens: benedixi: hoc est, Consecravi. Neque sucui Benedicere, nisi magnū quid ac singulare in rebus efficiens ipsa Benedictione rerum, Deo eiusque Honori facta.*

7. *Vnde Apostolus. i. Cor. 10. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio Sanguinis Christi est? Et panis. &c. Hæc de realiter vero Corpore & Sanguine meo dicuntur; non de figurato. Sicut*

81.

& istud: i. Cor. ii. *Qui mand. & bibit in- dignè &c. Reus est Corporis & Sanguinis Do- minit. Qui solo corpore accipiunt, ij in- digi: è: at dīgnè percipiunt, qui spiritu & fide sumunt in ore & corde.*

## QVÆSTIO XIX.

*An possibile DEO, pluribus in locis simul Christi existere Corpus?*

## XXV. ANTICHRISTIANISMVS.

C ALVINISTAE, cum damnato Wiclefo, ne- gant. Vide in Luthero-cal. p. 3. q. 49. In Genea. p. 3. q. 12.

CHRISTVS. i. Dixi, Mat. 19. *A- pud Deum omnia possibilia sunt. Ita Factis docui, quando eram cum Deo cuncta componens Ego, per quem omnia facta sunt: Et qui voca ea que non sunt, tanquam ea que sunt.*

2. Velint Adynatarij; nil credendum sine Verbo Dei; At Corpus vnum pluribus in locis existere non posse, nusquā scribi curauit, aut docui. Scriptum est, Heb. 6. *Impossibile est metiri Deum.* i. Tim. 2. *Ne jare seipsum non potest. Quia non potest illa Deus, quæ facere, deficit eft.*

3. Docent Adynatarij verè: Vera do-ctrina est, quæ Deum exaltat, hominem deprimit: At asserere istud de meo Corpore, est exaltare Deum.

4. Ea implicant, ut fatentur, quæ cum rei essentia pugnant; at *Essere in loco est rei extrinsecum & accidentarium.* Nam & ultimum cœlum non est in loco. Omitto, quod natura docet.

5. Cūm, Act. 9. & 22. Paulo apparui, in cœlo simul & in aere extiti. Cui & di- xi, Act. 26, *Ad hoc apparui tibi, ut constituam te Ministrum & testem eorum, qua vi-*

*disti. Et ipse inquit: i. Cor. 9. Nonne Do- minū nosterum vidi? i. Cor. 15. Nouissime, tanquam abortiuo, vesus est & mihi. Et qui- dem in terra me vidit, non oculis in cœlo existentem intuitus est. Nam Act. 9. Lux circumfulsit eum: at Ego sum lux. Et percutienti, *Quis es Domine?* aiebam, *Ego sum IESVS, quem tu persequeris.**

6. Sic & Petro apparui colloquens ei: Testibus S. Ambr. Egesippo, Athan. Sie deinde pluribus Sanctis in terris vi- sus sum. &c. Simulque in cœlo existebam idem.

## QVÆSTIO XX.

*An Corpus Christi tantum sit in Eucharistia sine Quanto, & Loco?*

## XXVI. ANTICHRISTIANISMVS.

C ALVINIANI Veram præsentiam negant Christi, ob quantitatem, quam occupare locum esse necessarium volunt.

CHRISTVS. i. At ego dixi, Matth. 19. Mar. 10. Luc. 18. *Facilius est CAMELO perforamen acus transire; quam diuitem in- trare in regnum calorum.* Attamen, ut hoc apud homines impossibile est; apud Deum omnia possibilia sunt. At non potest Camelus sic transire, nisi non occupando locum: quod cum Deo sit facilis; ergo & pos- sibile est corpus non occupare locum. Iam verò minor est proportio forami- nis acus ad camelum, quam hostiæ ad Corpus Christi: atqui illud possibile est, & *facilius*, quam saluari diuitem: ergo & hoc, Christi Corpus non occupare locum in Euch. est possibilis illo. Esto, sit Camelus animal, siue rudens nauticus; fus deque est ad propositum vtrumque.

K z. De-

2. De metradit Symbolum, id est, Verbum Dei Traditum, non Scriptum: **NATVS ex MARIA V IRGINE:** Iuxta Isa. 7. Ecce VIRGO concipiet, & pariet filium: c. per Portam clausam, Ezech. 44. per quam solus Dominus intrat. Et clare S. Patres asserunt, talem meum per Virginem egressum esse cum corporum penetratione factum, sine alterius mutatione substantiae: Quanto facilior est in Eucharistia cum transubstantiatione?

3. **Angelus**, Mat. 28. Mar. 16. revolutus LAPIDEM ab ostio monumenti; non Christus resurgens, qui prius eo clauso me penetraui. Nec lapis meo cessit Corporis; (vt fingunt Calu, Beza, &c. Contra S. Patrum Consensum:)

4. **Veni**, Ioa. 20. ad discipulos foribus clavis secundum: vbi vel locum non occupauit Corpus meum, vel penetratio facta corporum est: Vtrumque soli possibile Deo. Qui vero talem meum ingressum negant, (contradicentibus Evangelistis, & S. Patribus,) Me Christum abnegant, infideli deteriores.

5. **Dixi**, Ioa. 3. Nemo Ascendit in Cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis. Idemque feci: Luc. 24. Recessit ab eis, & se rebatur in cælum. Act. 1. Videntibus illis eleuatus est in cælum. En modum, Heb. 4. Habetes ergo Pontificem, qui PENETRAVIT cælos IESVM. Atqui, Iob. 37. Solidissimi, quasi ære fusi sunt cæli. Quare Corpus Christi locum non occupauit sese penetrando. Proinde ut pariter in Euchristo, possibile est, adeoque verissimum.

6. **Epulonis vox est**, Luc. 16. Valde crudelior in hac flamma. His in animarum pœnis plura insunt miracula.

1. **Corpora vruntur verè**; nec tamen dissoluuntur dolore.

2. Tam spiritali naturæ conuenit. Non posse impediri, quam corporal posse impediri. Attramen potentia Dei animas adstringit gehennæ, vt non possint, quo vellent; & hisce corporibus nostris includit animas, à corpore non dependentes, vt egredi nequeant citra corporis dissolutionem.

3. Animæ scilicet spiritus non solum tenetur ab igne, sed & cruciatur. quod intelligi sat nequit: credi debet Pariter causa Eucharistie.

7. Exempla plura similia Vide in me Genea. p. 3. q. 12. Cætera in Lutherio cap. q. 49.

## QVÆSTIO XXI.

*An vere fiat TRANSUBSTANTIATIO & Accidentia persistunt?*

### XXVII. ANTICHRISTIANISMVS

**L**UTHERANI probabilius putant non fieri; fieri non impossibile censem. Vide Lutherio cap. q. 51. 52. Genea. p. 3. q. 13.

**CALVINITIANI** omnem abnegant, auctorantur, ciuant Transubstantiationem. **CHRISTVS. I.** Quod dixi, feci, & verum erat: Mat. 26. **Hoc est Corpus meum**. Hic Panem accept & benedixi verè & proprie; ergo Muratum dedi verumque dixi. **Hoc est corpus meum**, sc. Hoc sub speciebus Contentum, non est panis, sed Corpus meum: Non est figura corporis; sed corpus: Quanto minus verum est, Hic panis triticeus verè & propriè est corpus meum. Nam impossibile est Rem non mutari, & tamen fieri aliam: Nam esset ipsa, & non esset.

II. B

H. H. *c*est Corpus meū, quod pro vobis tradetur. At non est traditus, seu crucifixus panis; Non Corpus paniceum; Non figura corporis mei: sed Corpus meum: Ergo Hic, quod erat sub speciebus panis. Quare panem necesse erat esse mutatum in Corpus meum, esleque panem desisse.

III. A tque in hunc sensum meum omnium Sanctorum ijt semper, it, ibitq; Consensus Patrum.

IV. Idē docui potestate simili, Minore, & Maiore sublētiā vnā mutans in aliam: Simili, *sic*, 2. Aquam in vinum mutans feci initium signorum, & manifestavi gloriam meam. At in siū ibus est simile iudicium: hic quoque similis est virtus: ergo & similis effectus.

2. Minore; Eò quod res, quæ minus possunt, quam Verbum Dei, vnam mutant in alteram substantiam; vt Ars, Natura, Gratia.

Ars Vitrisicis cinerem mutat in vitrum: quantò magis Verbum Dei panem in Corpus meum? Cum, Eccl. 8. Sermo Dei potestate plenus est; Nec dicere ei quisquam potest, quare ita facis?

NATYRA, Vt in vite, aqua mutatur in vinum; succus florū per apes in mel, cibus in carnem: ergo magis, ait Damas. panis & vinum transiunt, virtute Consecrationis, in Corpus & sanguinem Christi: Sic panis & vinum transiunt per nutrimentum in corpus hominis, & non in aliud.

GRATIA, Vt Moyses, ait Ambr. virgam proiecit, & facta est serpens per gratiam. Quod si tantum valuit benedictio humana, ut naturam conuerteret; quid dicemus de ipsa

Consecratione diuina, ubi Verba Saluatoris operantur?

3. A Maiore. Nam Verbum Deimāiora fecit, facitque: In principio erat Verbum; omnia per ipsum facta sunt, Eugenius, ex nihilo: Ita ex potestate in spiritualibus Sacramentis, ubi praecepit Virtus, servit effectus.

## XXVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

PET. MARTYR. Si detur Transubstantatio, tunc sensus falluntur circa proprium obiectum: Et probamus in Euch. esse verum panem, quia adest color, sapor, &c. Sicut Christus se probauit hominem verum, quod comedebat, dormiebat, &c. Alioquin in accidentibus esset falsitas, vt quæ sunt naturalia signa internæ substantiaz.

CHRISTVS. Dixi: *Hoc*, (saluo sensuum officio, & signorum seu specierum indicio:) est corpus meum, Contenutum, & Significatum speciebus. Similiter & *Hic Calix*, &c. Quia Ioan. 6. Hic est Panis, speciatus, Viuus, re & veritate Christus, qui de caelo descendit. Ita & *Hic calix est*. &c. speciatus; at re & veritate Sanguis idem, qui pro vobis effundetur.

Quocirca sensus non falluntur circa obiectum per se, quod sunt Accidentia; quæ manent; Substantia enim est eorum obiectum per accidens. Neque in his est falsitas; quia verè significant corpus Christi prælens eiusque effectus supernaturales: cum facta sit mutatio supernaturalis, dicta Transubstantatio.

Hanc triplici Similitudine ostendo sificieri, vt Accidentia maneat.

I. Helisaus, 4. Reg. 2. misit salin aquas amaras, & consuera sunt in dulces. Qua in

K. 2. Con-



Conuersione quatuor infunt: *Continen* *species*, seu claritas exterior, quæ manet. *Contentū*, amaritudo interior; quæ transit in *Operatum*, sc. in Dulcedinem; Sed per *Operans*, quæ est gratia: Sic in Eucharistia est *Continens*, Species permanens: *Contentum*, substantia panis interior, transiens in *Operatum* quod est *Corpus Christi*: idque per *Operans*, quod est verbum Dei.

II. Samuel ait ad Saul: 1. Reg. 10. *Insi* *ket in te Spiritus Domini, & mutaberis*, sc. ex peccatore in iustum. In peccatore Species exterior corporis manet: Amaritudo peccati interior transit in Dulcedinem gratiæ; sed per Sp. Sanctum. Sic fit conuersio. Eugenius ad conuersum: *Nouum tibi & impossibile esse non debet, quod in Christi substanciali terrena conuertantur: Te ipsum interroga, qui præterita vilitate depositum subiunxit nouam induitus es dignitatem. In exteriori nihil additum; totum est in interiori mutatum.*

III. Similitudo. Qua sub aue excludentur in pullos. *Continens*, testa, est species exterior: *Contentum* est vitellum, quasi substantia interior oui: Hoc transit mutata in *Operatum*, sc. pullum: Sed per *Operans*, quod Natura est. Ita in Eucharistia.

2. Sic, Luc. 3. Sp. sanctus in specie columbae apparuit super Christum.

3. Sic, Gen. 1. *Spiritus Dominus* ferebatur super aquas; Glossa, *Sicut avis souens aqua*. Ita ait Aug. *Panis non sanctificatur, ut sit Sacramentum, nisi operante invisibiliter Spir. Sancto. Quia Sicut de Virgine, per Sp. S. vera Caro Christi, sine cotta, est formata; ita per eundem de substantia panis mysticè idem Corpus Christi consecratur. Vnde Versus.*

*Corpus DE pane est: Corpus DE Virgine.*  
*Primum*  
*DE, Conuersuum est: Sed Materiale Se-*  
*cundum.*

## QVÆSTIO XXII.

*Eucharistia sine Res permanenti; an Actio*  
*transiens?*

## XXIX ANTICHRISTIANISMVS.

*V*THERANT, Sacramentum Euch. est in solo rite *Actio transiens*: permanet tamen Praesentia Corporis Christi, dum ad ægros immediate post Cœnam deferatur.

*CALVINIANI*: tum præcise tantum est Sacramentum, cum actu sumitur; non dum defertur. Vide Lutheri c. p. 3. q. 55.

*CHRISTVS.* I. Ego ante mandationem & bibitionem dixi, & feci, verumque fuit: *Hoc est Corpus meum. Quippe cum accedit verbum ad elementum, tunc, non postea, fit Sacramentum. At prolatæ à me verba protinus vera fuerunt.*

Neque hic attendendum, quid prius, posteriusve scripserint Euangelistæ: nā, Mar. 14. produntur prius bibisse; dein me dixisse, *Hoc est Sanguis meus. &c.* Sensus autem verborum cogit, ea prius dicta fuisse: cum causa manducandi esset istud. *Manducate*; *Cur? Hoc est ENIM Corpus meum; Mat. 26. Hoc est ENIM Sanguis meus.* Idque prius in calice fuit, quam in ore: nam, Luc. 22 Mar. 14. *Hoc est calix nostri Test. in Sanguine meo. Est, dixi, nō. Erit. Itaq; Consecratio materiæ est actio Sacramentalis perfecta, etiam non subsequente Manducatione.*

2. Ideo S. Patres dicunt in altari esse Sacramentum, aram esse sedem eius, &c. Vnde Rem permanentem verè esse Sacra-



Sacramentum agnouerunt, etiam omis-  
fa mandatione; Licet Benedictio fi-  
at in ordine ad manducandum.

3. Dissimilitudo Baptismi & Eucha-  
ristie id declarat: Nam Baptismus non  
est aqua; sed aquæ applicatio; quæ est a-  
ctio transiens; At Eucharistia est Res  
ipsa benedicta, res permanens per se &  
saera, non communis: Sic 1. Cor. II. Pa-  
nis, quem frangimus: Calix benedictionis,  
cui benedicimus. Atque illi Rei permanen-  
ti conuenit definitio Sacramenti; ut sit  
signum visibile, gratiæ inuisibilis. Vide  
*Lutherocal.* p. 3. q. 55.

## QVÆSTIO XXIII.

q. 57.

*Qualis Panis & Vinum sint MATERIA Eu-  
charistie?*

## XXX. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**UTHERO-CALVINIANI Panem fer-  
mentum rufili deposcunt, cum Græcis Schis-  
maticis. Vide *Lutherocal.* p. 3. q. 56.

CHRISTVS. At Mat. 26. Prima die  
Azymorum, feria V. Luna & IV. vesperi,  
accesserunt discipuli dicens: *Vbi vis pare-  
mus. &c.* Sic Mar. 14. Prima die azym. quando  
Pascha immolabant. Luc. 22. Venit dies azym.  
in qua necesse erat occidi Paschæ.

2. Ac ne feriam VI. Lunam XV. pu-  
tes serotinam video ait Ioan. 13. *Ante di-  
em festum;* sc. Luna XIV. Et post die  
clamabant: *Non licet nobis interfere,* sc.  
ob festum Luna XV. quo Pascha bo-  
num, ouiumque immolandum: ideo nec  
Prætorium intrarunt Ioan. 18. *Vnum di-  
mittam vobis in Pascha;* ipsa XV. Luna.

3. Hisce consentiunt S. Patres om-  
nes recti corde. At qui cum initio feria:

VI. quod dabatur vesperi feria V. Pa-  
scha manducaui, & continuo post in-  
stitui Euch. in ferm.

## XXXI. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**UTHERANI sentiunt, Vinum posse misceri aqua;  
at non ex debito, seu præcepto: factio tamen non mi-  
scetur in Cœna.

CALVINIANI aquam etiam direxerantur  
in Cœna.

CHRISTVS. Ego verò ipse in Cœ-  
na sacra, calicem vini aquâ permiscui;  
etsi nullum id verbum scriptum, Tra-  
ditum tamen testatur, in Liturgia Iaco-  
bi, in Const. 1. 8. Clementis, &c. & om-  
nis retrò continuata ætas, & S. Patrum  
harmonia. Vide *Lutherocalvin.* par. 3.

## QVÆSTIO XXIV.

*Ancera Verborum FORMA conficiatur Sa-  
cramentum? Et ab alio, quam  
Sacerdote?*

## XXXI. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**UTHERANI aiunt: Sed ore & voluntate Christi  
per Ministrum; non ore Sacerdotis vi iussionis  
Christi &c.

CALVINIANI negant: sed verbum concio-  
natorum, aut Institutionis Recitatorum ex  
1. Cor. II. requirent. Quod hæc verba velint ad  
instruendum populum historiæ recitari; non  
ad benedicendum Panem ac Vinum. Vide *Lu-  
therocal.* p. 3. q. 8.

CHRISTVS. At Ego, i. Pronuncia-  
ui hæc: *Hoc est enim Corpus meum: Hic est  
enim Calix Sanguinis mei.*

2. Hisce Consecraui: quia dicta ver-  
ba ea statim esse vera oportuit. Idque  
esse, quod affirmant.

3. Volui eadem repeti; ijsdemque cō-  
secrari. & id per os Sacerdotis; non per

K 3. fol. 1a



*Solum voluntatem meam: Hoc facite: sic volo, sic iubeo, vos facite ritu tali sensibili, hoc sacramentali; non sola voluntate mea, hoc est modo miraculoſo, & non sacramentali sensibili.*

*4. Hoc vere facite, non historice solum recitate, non solum prædicare, manducate, non solum Credite fide exicitatā. Ica omnis retro posteritas Facit, Fecit, Facit: nil Fingite. &c.*

**XXXII. ANTICHRISTIANISMVS.**  
*LUTHER. Baptizatus omnis potest administrare Eucharistiam; at ob confusioneū ordinis ecclesiastici non vulgandum.*

*CALVINVS id p̄frahactē negat.*

**CHRISTVS.** Ego præcepi, *Hoc facite, cunctis quidem Christianis sc. manducate, & bibite: at solis Apostolis, Benedicte, Frangite, Distribuite.*

*1. Cūm enim Sacraenta conficiantur in persona mea, ideo nil is facit, cui Ego non id commisi. Vnde Lucas: qui solus scribit, *Hoc facite; solum præmisserat, Accepit, benedixit, dedit: quasi dicat, Hoc, quod solorum est Sacerdotum facite: Quia autem ego ipse manducaui & bibi; ideo & vos manducate & bibite sub eodem præcepto.**

*2. Quia si omnibus mandassem; benedicere & distribuere omnes tenerentur: quod per absurdum foret: ideo nunquam sic usquam intellexit Ecclesia. Quare solos attinet Sacerdotes mandatum hoc.*

### *QVÆSTIO XXV.*

*Quali cum Effectu, & Preparatione Communicatur?*

**XXXIII. ANTICHRISTIANISMVS.**

*LUTHERVS: Preparatio optima est, ante retroque scatere peccatis: Effectus Remitti peccata: Indignitas accedendi est, vacare culpa. LUTHERANI Remissionem pec. credunt; cetera rejecunt.*

*CALVINVS variat, eadem asserendo; & negando. Vide Lutheri c.p.3.q.60.*

**CHRISTVS.** At ego, *Iean. 6. assero, ad vitam sumi panem cœlestem nutriendam ac conseruandam. Et aduersarij fatentur me loqui isthic de spiritalis manducationis effectu: et si de symbolis agi pernegerint. At Caro mea verē est cibis, & sanguis meus verē est potus. Id quod externæ species attestantur. Gibum verò mortuis dari absurdum.*

*2. Deinde Eucharisticae Figuræ præmonstrarunt idem: vt Eius agni, *Num. 9. & 2. Paral. 30. à purificatis solum descendit. Item panes propositionis: i. Reg. 21. Carnes sacrificiorum, *Leu. 22. qui pol lutus edebat, peribat anima eius de populo.***

*3. Et vero idcirco, *Ioa. 13. Lanii pedes discipulorum prius, quam Synaxim adirent. Sic *Luc. 15. Filius prodigus ante pœnitentem reconciliatus patri. Carens ueste nuptiali, Mat. 22. eiusdus ē nuptiis dirè punitur.***

*4. Hinc Apostolus, *i. Cor. 10. Vnu panis, & vnum Corpus multis sumus, qui de Vno Pane participamus. Eō, quod Eucharistia solum profit vnitis in Charitate viua membris. Proinde, *i. Cor. 11. Probet seipsum homo, & sic de Pane illo edat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manet & bibit. Neque probatus is censetur, qui solum credit; sed quem expiatum non arguit conscientia; qui que seipsum iudicavit,***

1060

*QVÆ.*

## QVÆSTIO XXVI.

An Christus in quaque specie sit totus? An Vtraque sit vi Precepti sumenda?

## XXXIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS ait, negatque: Lutherani plures aiunt, prudentiores questionem dissimulant: Vbi quiete coguntur afftere.

CALVINISTÆ Vident & execrantur Comitiam. Vide Lutherocalvin.par.3.question. 61.

CHRISTVS. 1. Dixi, Ioan. 6. Qui manducat ME, vivet propter me. EGO sum Panis viuus qui, &c. at non manducor nisi in specie panis: ergo in hac totus adsum.

2. Praeclarè vero de me meus, 1. Ioan. 4. Omnis Spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est; & hic est Antichristus: at soluunt, qui Concomitantiam abnegant.

3. An non verissima hæc, Hoc est Corpus meum: Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Quocirca viuentis esse Animam Corpori oportet.

4. An non, Joa. 1. Verbum Caro factum est? Num igitur sola caro absque anima? Quare nec & solum Hoc est Corpus meum in anime, An non sic Verbum Caro factum est, ut in naturis duabus una sit Persona in hypostatica Unione inseparabili? Et vero ea prima sunt fidei summaq; principia Christianæ.

## XXXV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS, & quidam pauci permittam & alterum, & vtramque dicunt sapientes, sapientes negant ut potiores.

CALVINISTÆ cum his. Vtramque praeparam esse volunt.

CHRISTVS. 1. Sicut plures præiere Typus de Una specie; de Vtraque pauciores. Ita Ego Ioan. 6. quater de

Vna meam prodidi Doctinam:

1. Qui manducat me, vivet propter me.

2. Qui manducat Hunc Panem, vivet in eternum.

3. Si quis manducauerit ex hoc pane, vivet in eternum.

4. Hic est Panis de caelo descendens, ut, si quis ex ipso manducet, non moriatur. Hæc Doctrina mea.

2. Exemplum simile, Ioan. 6. Panes multiplicauit; turbam saturauit, Potum nec dedi, nec procuraui. Item, Luc. 24. peregrinos in Emmaus vna solâ Communicaui. Vbi sane Mysterium subesse mea declarauit panis Acceptio, Benedictio, Fractio, & Distributio: tum etiam Effectus illuminationis miraculosus. Vnde recte multi S. Patrum asserunt S. Synaxin peractam esse: Alij Eucharistæ fructum à me in figura demonstratum fuisse existimant. Fingunt, qui intellectio figuram hic somniant.

3. Doctrina, Ususque Apostolorum in vna est manifestus, Act. 22. Erant perseverantes in Doctrina Apostolorum, & Communicatione fractionis panis, & oratione. Vbi non de sacrificio Apostolorum, quasi sub Vna sacrificasset; sed quid populus egerit, describitur: In populo autem finalium tunc multi erant Nazarzi, qui vino abstinere sinebantur.

## QVÆSTIO XXVII.

An sola MISSA sit propriè dictum  
Sacrificium?

XXXVI.



XXXVI. ANTICHRISTIANISMVS. In hunc sensum consensu inuidit S. Pa-  
trum.  
**L**UTHERO-CALVINISTÆ pernegant. Vide

*Lutheri c.p.2.q.68. &c.*  
CHRISTVS. I. Ego in SACRA COE-  
NA Meipsum ipse Obtuli, Offerriq; iussi,  
*Hoc facite*, vtque ad consummationem  
sæculi: & sic Ecce Ego vobis sum in iu-  
gi sacrificio mundo. Atqui hoc est pro-  
priè dictum sacrificium fecisse, & insti-  
tuisse. Ergo Eucharistia est illud, seu Mis-  
sa. Ego vere sacrificavi; quia pane &  
vino sum cum benedictione. &c. usus  
secundum Ordinem Melchisedech.  
Sacerdotis offerentis Deo.

II. Usus sum verbis præsentis tempo-  
ris. *Luc. 22. Datur: 1. Cor. 11. Frangitur;*  
*Luc. 22. Effunditur, Matt. 26. in remissio-*  
*nem peccatorum.* Hec non sunt Mandu-  
care, bibere; sed Sacrificari: Idque tunc In-  
cruentè, quia in præsenti & continentia:  
Item & postea, sed Cruentè, Tradetur,  
Effunditur.

III. *Quod pro vobis frangitur:* At Christum  
frangi non conuenit, nisi in specie  
panis: *Vt Isa. 58. Frange esurienti panem: 1.*  
*Co. 10. Panis, quæ frangimur.* *A&t. 2. Frange*  
*ban circa domos Panem.* Itaque in S. Cœ-  
na Me prius obtuli sub speciebus ut Sa-  
crificium: dein me dedi manducandum,  
ut Sacramentum.

IV. IN TYPICIS Sacrificijs, præser-  
tim victimis prius immolabatur; dein  
participabatur, Cato manducatione,  
sanguis asperzione; panis & vinum sum-  
puione: At in S. Cœna sub speciebus  
Ipissimus ineram Totus corpore & san-  
guine; dedique Me manducandum &  
bibendum: Quare prius immolasse me  
oportuit, sed incruentè: Et *Hoc facite*, sc.  
ytrumque offerendo, dein Monendo.

V. Meo cum SAMARITANA collo-  
quio prædixi idem. *Ioa. 4. Veri Adoratores*  
*Adorabunt in Spiritu & Veritate*, id est. Sa-  
crificabunt.

1. *Quia schisma Iudeorum & Samari-*  
*tanorum, quod hi in mente hoc Gai-*  
*zim adorauerunt, id est, sacrificarunt:* *Ei-*  
*vos, Iudei, dicitis, quia Iero. est locus, ubi Ad-*  
*orare oportet, id est, sacrificare.* Ita lo-  
quebatur Abraham, *Gen. 22. Postquam*  
*Adorauerimus, reuertemur.* Sic *Ioan. 12.*  
*Gentiles ascenderant, ut Adorarent in diefe-*  
*sto.* *A&t. 8. Eunuchus venerat Adorare in Iu-*  
*rus.*

2. *Quia Nunquam fuit Iudeis licen-*  
*Adoratio, nisi in loco deputato unice*  
*ratione Sacrificij:* Cùm autem de hoc  
effet Ichnis, & secundum sermo; mea  
quoque responsionem de eadem, Sac-  
ficiali Adoratione fuisse necesse est. Ce-  
teroquin responsum non fecisset fan-  
quæstiōni. At d. xi, *Mibi CREDE*, qui  
venit hora, quando neque in hoc monte, neq;  
iherof. Adorabitis: sed in OMNI Loco, tuxa  
Malach. 1. Officeretur Nomi ni meo Obla-  
munda.

3. *Dixi, In Spiritu; quia, Spiritus est p-*  
*ro viuificat,* *Ioan. 6. soli mortua caro non p-*  
*dest quicquam.* Vbi verè Petrus; *Verba tu-*  
*te habes:* qualia sunt mea Consecratio-  
nis: *Et Veritate realis vereque præsens*  
*Corporis & Sanguinis mei.*

4. *De Noua Adoratione Sacrificiali*  
*dixi: Venit hora, incipientis à Meipso Sa-*  
*crificialis Adorationis,* *Et nunc est:* Ecce  
ego adsum: *Hoc est enim Corpus meum: H-*  
*est enim Calix Sanguinis. &c.*

5. *Sermo totus erat de Adoratione*

externa; non de interna simplice, aut bonis operibus: quia illa fuerunt ante in lege naturæ & Moysis. Ita recte S. Patres docuerunt.

VI. APOSTOLVS, I. Cor. 10. v. 15. de altari triplice meminit, Gentilium, Iudeorum, Christianorum. Iubet, Fugite ab idolorum cultura, Nolo vos socios fieri mensæ demoniorum. Quare:

1. Quia Calix benedictionis, cui ben. non ne Com. Sang. Christi est ex Panis. &c. Ecce Sacrificium consecratorum: Nunc esse Sacramentum participantiorum: Non potestis calicem Domini bibere, & demoniorum: Non potestis mensa Domini participes esse, & demoniorum.

2. Quia Videte Israel: Nonne, qui edunt Hostias, participes sunt Altaris? Participare de altari, est de sacrificio participare: at Christiani participant de Mensa mea: ergo & de Sacrificio meo.

Item Heb. 7. Translato Sacerdotio, necesse est ut Legis translatio sit; ut facta est à Naturali ad Mosaicam; ab hac ad Christianam: similiter & Sacerdotiū ac sacrificium triplex est, Naturale, Legale, Christianum. Quare ubi est pecularis Lex, ibi & Sacerdotium & sacrificium est peculiare; at Christiana est pecularis lex: ergo & sacrificium. Vide Beccani Manuale c. 10. arg. 4.

VII. PROPHETIAE dicitur meis, Institutioque sacrificio nouo præcinerat. Vnde meus S. Aug. ep. 49. q. 3. Nostrum, ait, Sacrificium non solum Euangelicis, sed etiam propheticis libris demonstratum est. vt, I. Reg. 2. prædicitur Heli cœstaturum sacrificium Patrium eius, cum surget Nouus Sacerdos; id est, Christus. Prou. 9. Sapientia edificauit sibi dominum. &c. Isa. 19. Co-

gnoscet Aegyptij Dominum, & colent eum in hostijs & munericibus. Et vero, Dan. 8. & 12. proditur Antichristus Inge Sacrificium sublatus: teste Apoc. 13. Malach. 1. In omni loco sacrificatur, & offertur Nomini meo Oblatio munda: Quia magnum est nomen meum in gentibus; De hoc in Lutherocaluin. p. 3. q. 72.

### QVÆSTIO XXVIII.

An Missa sit Sacrificium Propitiatorium, & Imperitorium?

XXXVII. ANTICHRISTIANISMVS  
LUTHERO-CALVINISTÆ propitiatorium  
esse negant.

CHRISTVS. Est vel maxime Propitiatorium inde ab Institutione sua.

1. Ego dixi: *Hic est Sanguis, qui pro vobis funditur in REMISSIONEM peccatorum.* Hoc ut in mea sacra Cœna iam tum in praesenti, Funditur, verum fuit: sic & est, eritque in Missa.

2. Eoque magis, quod Missa est sacrificium applicans promissiones Novi Test. Ideo enim Luc. 22. appellaui *Nouum Testamentum*: at inter huius promissiones una est de Remissione peccatorum, teste Ierem. c. 32. & Heb. 8.

3. *Hinc meus ait, Heb. 5.* Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constitutur in his, quae sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccato.

4. Ideo ex contrario infert: Hebr. 10. Vbi est horum remissio iam non est Oblatio pro peccato, quasi dicat, vbi nondū facta est remissio; ibi adhuc relinquitur Hostia pro peccato: At qui remissio perfectè completa nondum est facta; sed fit quo,

L. quo,



quotidiè usque ad consummationem  
fæculi.

3. Quid? In lege Naturæ & Moysis  
fuisset Propitiatoria; & in Christiana  
lege ea desiderarentur? Iob. c. 1. quoti-  
die sacrificabat pro peccatis libero-  
rum. Et ut pro amicis Deum propitia-  
ret, ca. vlt. iussit ipse Deus. Quæ sacri-  
ficia, Leuit. 5. & 6. varia, cum typica fue-  
rint Christiani, quanto magis hoc esse  
propitiatorium oportet? Et ea propitia-  
bant, non ex se, sed respectu suo ad sacri-  
ficium Crucis; quo efficacius Christia-  
nū, in quo sum Ipse propitiatio vestra?

XXXVIII. ANTICHRISTIANISMVS.  
LVTHERO-CALVINISTÆ esse Imperato-  
rium negant.

CHRISTVS. Meum, inquam, Sa-  
crificium Missæ est vel maxime Impe-  
tratorium.

1. Cùm inter Orationes, quas iussi,  
locum facile principem obtineat. Hoc  
meus voluit, qui, i. Tim. 2. Suadet fieri  
in Ecclesiæ Observationes, postulationes, oratio-  
nes, gratiarum actiones pro omnibus. Et recte  
sic exposuerunt eum S. Patres.

2. Idem Typi in Veteri Test. docent  
de Hostijs Pacificis, Leu. 7. David, 2.  
Reg. vlt. pro auertenda peste obtulit pa-  
cifica; Onias, 2. Mach. 3. pro salute He-  
liodori. Esd. 6 pro vita Darij. Enim uero  
Ego sum pax vestra.

---

IV. DE POENITEN-  
TIA.

QVÆSTIO. XXIX.

An Poenitentia sit verè Sacramentum?

XXXIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO cum suis principio negarunt: dein af-  
feruerunt.

CALVINUS cum suis pernegant. Vide Luthe-  
ro cal. p. 3. q. 80.

CHRISTVS. Ego vero afferui, &  
affero esse Sacramentum: Ioan. 20. Ac-  
cipite Sp. Sanctum, quorum remissio is pecca-  
ta, remittentur eis. Et quorum retinue: iu-  
retenta sunt. Hic nil abest eorum, quæ ve-  
ro ineffe Sacramento debent.

I. SIGNVM Externum: Remissio: Re-  
mitti verò sibi peccata nemo intelligit,  
nisi per signum, seu Ritum: vocis Tum  
Aboluentis: Ego remitto: seu, Remeo ibi.  
Et. Tum penitentis: Non enim remit-  
ti peccata debent aut Nolentibus, aut  
nisi ijs, qui peccata se habere confiten-  
tur, sibique displicere testantur. Tales  
Act. 19. Qui crediderant, veniebant confus-  
tes, & annunciantes Actus suos. Idemque  
promulgatum est, Iac. 5. Confitemini al-  
terutrum peccata vestra; vt saluemini.

II. PROMISSIO gratiæ: Remittunt  
eis: idque potestate Iudicaria: non An-  
nunciatoria. Quippe h̄c ego dedi pot-  
estate Clauium: non Prædicationis.  
Vnde rectius Patres interpretati sunt  
id de Fidelium peccatis remittendis in  
penitentia: non de Infidelium remit-  
tendis peccatis in baptismo. Atque de  
fidelibus iudicatur. Nam i. Cor. 6. Quid  
ad me de his, qui foris sunt, judicare?

III. MANDATVM liquet ibidem.  
Nam ideo Ritum dedi, & gratiam pro-  
misi, quod usum eorum vigere volo, &  
durare usque dum purgatione eger Ec-  
clesia; Luc. 13. Nisi enim penitentiam ger-  
is, similiter peribitis.

IV. FOR-